



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

16 Licitum ne sit celare fidem verbis, vel signis contrariam religione[m]
significantibus, casu quo non instat praeceptum fidei confitendae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

Dico secundum. Aliquando licitum tibi est non fugere, sed ex peccato examinationem, etiam vitam periculo exponas; quod contingit, quando credere potes fidem illa confessione promouendam esse, sic alius relatis docet Suarez de fide disp. 14. sect. 3. n. 11. Ratio est, quia expectando examinationem potes ambigere in fide rebotare, & alios ad fidem conuocare; & ex alia parte nullo morali periculo negandi fidem, te exponis. Ergo potest esse licitum, Neque obstat, quod te periculo amittendi vitam exponas, quia ob finem rationabilem, & honestum licitum id est. Et confirmari potest exemplo sancti Sebastiani, qui se fidelem dissimulauit, quousque fidem Marci, & Marcellini periclitari sensit: tunc enim se prodidit, cuiusque manifestatio multis nominibus ab Ecclesia commendatur.

Dico tertio. Regulariter non solum licitum tibi est fugere persequentem saltem te occultando, & dissimulando, sed etiam id facere obligas. Primum obligas, si conficis tuis ambiguitatibus times negaturus fidem: colligitur ex cap. scilicet scilicet, 7. q. 1. tunc enim nulla honesta causa esse potest proinde vitam: debet tamen minor esse fundatur, ut inducat moralem, & proximum periculum cadendi. sic Suarez disp. 14. sect. 3. n. 10. secundo obligas, si intelligeres ex tua confessione matrem esse subitum, ita occulte, ut abis exemplo constantie esse non possis: quia tunc non videtur adesse sufficiens causa prodigi di vitam, & permittendi peccatum tyranni te interdicentis. Tertio, & praeceptum obligas te occultare, si inde crederis magis fidem promouendum, quod saepe contingit, quando tua vita maxime vitis est ad firmandos alios in fide: tum administratione sacramentorum; tum concionibus, exhortationibus, & conciliis. Quarto obligas, si times ex tua confessione tyrannum irritandum esse, & grauioribus tormentis Christianos persequendum, quibus timere potes plures a fide defecturos: in his enim casibus manifestatio non cedit in Dei honorem, & proximorum utilitatem: nulla ergo ratione licet, quod non solum intelligendum est de qualibet priuata persona, sed etiam de pastore, & Praelato. sic docet Coninch. disp. 7. dub. 5. q. 1. dub. 95.

Sed quid dicendum, si pastor sis, & Praelatus, neque possis te occultare manens inter oues, poteris ne illas deserere, & fugere? Ratio dubitandi est locus ille Ioann. 20. ubi de bono pastore dixit Christus animam suam ponere pro ouibus suis; secus vero mercenarius, qui dimittit oues, & fugit. Dicendum ergo est, si fugiat pastor, ut se in commodius tempus referret, & interim ouibus prouidam sit aliis clericis ibi manentibus, licita est eius fuga. Ratio est, quia tunc dici non potest dimittere oues, & fugere, tam oues non manent pastore desistente, quod optime ponderat D. Thom. supra dicto loco Ioann. lect. 3. Augustinus epist. 180. Suarez de fide, disp. 14. sect. 3. n. 12. Coninch. disp. 7. dub. 5. n. 103. Item si in solos pastores, & praelatos tyrannos desinat, & reliquum populum permittat pacifice vivere, poterit praelatus tunc fugere, quia eius fuga populo videtur conueniens sic Coninch. supra.

Verum extra hos casus fere semper obligatus est pastor etiam cum periculo vite non dimittere oues, & fugere; quia oues in grandi necessitate, & periculo amittendi fidem constanter non debet pastor dimittere, aliis non bonus pastor, sed mercenarius reputandus est. Quapropter haec obligatio non solum est ex charitate, qua tenemur saluti spirituali proximo, etiam cum detrimento corporalis vite prospicere; sed etiam ex iustitia ratione sui ministeris: ut recte declarauit Nicol. Papa in cap. scilicet scilicet, 7. q. 1. Exemplo naturae, qui non debet ensem in periculo constitutum deserere, si sperat nauigandum fore vitalem. sic docet Coninch. conch. 4. n. 104. Suarez disp. 14. sect. 3. num. 12. Addendum tamen est, si pastores desinant, & tu potes illis ouibus derelictis consulere; debes peruenire, etiam cum periculo vite, quia charitas proximi obligat hoc periculum temporale subire, ut eius saluti spirituali prospiciatur.

PUNCTUM XVI.

Licitum ne sit celare fidem verbis, vel signis per se contrariam religionem significatibus, casu quo non instet praecipuum positum manifestandi fidem.

- 1. Probatur licitum id esse.
- 2. Pro resolutione distinguitur duplex genus actionum.
- 3. Nullo modo licet uti verbis, & factis, quae spectant circumstantiis nullam aliam significationem habent, praeter cultum falsae religionis.
- 4. Satisse argum. n. 3. adductis.

Adrian. in 4. in tractat. de Baptismo, q. 1. art. 2. ad 5. paulo ante 8. contra primam partem. existimat id licitum esse. Moneur primo auctoritate D. Hieronymi comment. de

cap. 2. epist. ad Galatas, & epist. 89. ad August. & alia saepe, ubi sentiens caeremonias veteris legis a morte Christi fuisse mortificatas, excusat Petrum, & Paulum illis videntes, quia ex dissimulatione faciebant. Secundo, Exemplo Naaman 4. Regum. 5. qui cognita Deorum vanitate postulat ab Eliseo licentiam, ut permitteret, cum dominus Iesus in templo adoraret, ipse etiam genuflecteret ob domini sui reuerentiam; & si quid in hac parte peccaret, Deum pro illo deprecaretur; cui Eliseus respondit, Vade in pace, quasi approbans factum, & dissimulationem: si autem factum illud intrinsece malum esset, & nulla ratione honestari posset, deberet Propheta illum monere, & a tali fideo retrahere. Tertio adducit Hieronym. & laudat simulationem Iehu Regis Israel. 4. Regum. 10. qui volens occidere omnes Baal cultores, dixit se velle Baal praecipuo sacrificio venari, & nihilominus tamen Deus hanc eius dissimulationem videtur approbasse; tum dixit ibi, quia suspiras egisti, quod rectum erat, & placebat oculis meis, & omnia, quae erant in corde meo, fecisti contra domum Achab, &c. Ergo simulatio factis, & verbis contrariam religionem licitum aliquando est. Quarto adducit Hieron. exemplum Davidis immutantis faciem suam coram Achis 1. Regum. 21. & subdit, nec mirum, iustos homines aliqua simulatio pro tempore ob suam, & aliorum salutem; cum & ipse Dominus noster non habens peccatum, nec carum peccati, simulationem peccatrici carnis assumpserit. Quinto ratione, quia haec simulatio in tantum esse potest peccatum, in quantum est mendacium, ostendens illis signis vanos deos esse dignos cultu, tam tamen non sint, sed hoc non ostendit sic simulans; quia non ea intentione illa signa praestat, sed ob alios fines honestos. Ergo illa simulatio mendacium dici non potest. Et confirmo, licitum tibi est uti verbis infidelium, quarum ratione adstantes detrahuntur, & iudicant te infidelem esse. Ergo deceptio aliorum mendacium non constituit in simulatione. Sexto in aliis materiis a religione licitum est ex graui causa vsus dissimulandi, tum verbis, tum factis. Ergo etiam esse potest in materia fidei; qua enim ratione in aliis materiis excusatur simulatio a mendacio, etiam in materia fidei excusari potest; ideo enim in aliis materiis excusatur, quia verba, & facta non iuxta audientium mentem, sed iuxta intentionem profertentis accipiuntur; cur ergo in materia religionis sic accipienda non erant?

Pro resolutione huius difficultatis aduerto actiones significantes falsam religionem esse in duplici differentia; alia quae ex se, ex vsu, & consuetudine, aut lege nullam aliam habent significationem, alia quae illam habent. Prioris generis sunt genuflexio coram idolo, thurificatio, iunctio pectoris, gestatio vestium; quibus in sacrificiis impis vniuersi Gentiles, & similia haec eam spectatis iis circumstantiis nullam aliam habent significationem, praeter cultum illius, in cuius praesentia obsequantur. Quae licet significant falsam habere religionem, & ad idem ad simul etiam ostendunt saltem ex se ob aliam rationem esse prohibita. Haec sunt eius casuum de prohibito, & factis, quibus cultores falsae religionis committere videntur, & factis, ad idem non solum deus sequeas actionibus; sed de primis affirmabar aliquando licere.

Dicendum igitur est nullo modo licere verbis, & factis uti quae spectatis circumstantiis nullam aliam habent significationem praeter cultum falsae religionis, est certa sententia; neque contrariam existimo probabilem. Eam nulli scripturae, & Patrum testimonio probat, & exornat Valent. 2. 2. disp. 1. quast. 3. punct. 2. dub. 4. pag. 323. verso. nihilominus Suarez de fide, disp. 14. lect. 4. n. 4. Sanchez lib. 2. in Decalog. cap. 4. n. 14. Coninch. disp. 7. dub. 2. n. 14. Pelancius 2. 2. quast. 3. art. 2. disp. 1. conclus. 2. Valquez 1. 2. disp. 181. cap. 5. Toler. lib. 4. summ. cap. 2. n. 7. & alii ab eisdem relati. Ratio est, quia secundum fidem non solum obligas praecipio negativo non profiteri falsam religionem ex animo, sed neque quoad apparentiam profiteri, quia obligas non negare fidem exterius. Ac utens illis signis nullam aliam significationem moraliter habentibus praeter cultum falsae religionis, falsam religionem protestaris exterius. Ergo illud est intrinsece malum. Neque obstat te non intendere illis signis falsam religionem protestari, sed aliud longe diuersum, quia sufficit quod in te, & in apparentia, & facta ipso id intendas. Et confirmo, si rogaris de fide illam verbis negares, etiam si verba in illa significatione ab ea, quara habent, vsurpares, omnes conueniunt ille intrinsece malum, & nulla ratione honestari posse; sed facta illa, verbis negantibus fidem aequivalent, quia licet verba nullam aliam habent significationem, ita neque illa facta spectatis illis circumstantiis; & sicut non obstat in verbis intentio protestantis, ut ea trahat a significatione, quam habent neque etiam debet in factis obitare intentio exequentis, cum tam a verbis quam a factis illi inseparabilis sit externa significatio falsae religionis. Secundo quia negari non potest executionem illarum actionum esse quidem superstitiosam cultum, siquidem seingui non possunt a superstitione, quam habent colendi illum, in cuius praesentia fiunt. Sed superstitionis cultus semper est illicitus. Ergo Tertio ex opposita sententia lequeretur posse fidelem inter infideles habitantem, ut mortem, vel alia damna euitet, thus offert idolo

DE
AS
SALAO
TOM.
II

idolo, & alias impias preces fundere, sicut & alij infideles faciunt, quod certe absurdissimum est. Quare, non essent condemnandi ab Ecclesia, ut desertores fidei, qui rogati à tyranno diis sacrificabant, debebant enim præsumi ob fidem occultandam vti fuisse illis actionibus alia intentione ab ea, quam petebat tyrannus. Quare, semper Ecclesia gravissimum crimen reputavit illorum qui à magistratibus data pecunia libellum impetrabant, quo ostendebant se idolis sacrificasse, cum tamen non fecerint; eaque de causa *libellatici* dicebantur, de quibus agit latè Baronius anno 253. à num. 20. & Cyprian. *epist. 52. ad Antonin.* Ergo huiusmodi fictio, & dissimulatio nunquam esse potest licita. Supradicta intelligenda sunt de simulatione scilicet facta: nam si loci causa & representationis gratia, ut sit in comædis, hæc dissimulatio fiat, omnes conveniunt esse licitam; quia illa non est prolatio falsæ fidei: sed potius irritio illius, neque est negatio fidei, sed representatio negationis, sic Valent. *illo dub. 4. Sanchez n. 15. Coninch disp. 15. dub. 2. fine.*

4. Argumenta Adriani nullius sunt momenti.

Ad primum ex Hieronymo fatetur illius fuisse sententiæ, ut putaret Apostolos potuisse vti caeremoniis veteris legis, etiam si essent mortiferæ, quia intelligebat Hieron. non esse mortiferas ita absolute, ut non liceret illis vti ad tempus, & ex gravi occasione, ac proinde statim vti nullo modo fuit prolatio falsæ religionis. Adde illo tempore, quo Petrus, & Paulus, atque Apostoli caeremonias legis veteris observarunt, mortiferas non fuisse, etsi fuissent mortuæ, ac proinde licitum illis fuit ex animo colendi Deum ea exercere, ut rectè probat August. *epist. 19. ad Hieron.*

Ad secundum exemplum Naaman dupliciter respondeo. Primum admittendo petivisse Naaman à Propheta licentiam simulandi cultum, cum dominus eius in templo Remmon ingrederetur, & Prophetam permisisset, quia non existimavit vlla perfusione dimoandam esse ab illa voluntate adorandi in templo Remmon adorante suo domino. Secundò respondeo Naaman non petivisse licentiam simulandi adorationem idolo, sed solum genuflectendi, & serviendi domino suo, cum ipse idolum adoravit, quod certe licitum est. Neque obstat petivisse à Propheta, ut deprecaretur dominum pro illo de tali re, quia id dicere potuit ob dubium, quod forte habuit, an tale ministerium sibi illa in occasione liceret: etiam dubio videtur Propheta satisfecisse illis verbis, *Vade in pace*, quasi diceret, nihil est, quod te turbet, rectè potes genuflectere domino tuo, quia pacem, & gratiam cum Deo amittas.

Ad tertium exemplum Iehu, August. *lib. contra mendacium, cap. 2.* & ex illo D. Thom. 2. 2. q. 111. art. 1. censent in illa simulatione peccasse, neque ob id laudatum esse à Deo, sed quia omnes sacerdotibus Baal occidit, & domum Achab funditus evertit. Quod sane indicant illa verba, *quia studiosè egisti quod rectum erat*, &c. non dixit, quia studiosè locutus fuisti, sed *quia studiosè egisti*, indicans in solo facto interfectionis rectè procedisse, secus in simulata voluntate idololatriæ, quam pro medio assumpt.

Ad quartum exemplum ex David facile respondetur, David ibi non simulasse falsam religionem, sed quandam demeritiam, & stultitiam: neque Christus Dominus simulavit peccatum peccato, sed assumpsit naturam humanam, permittit se peccatorem reputari: quod eius humilitatem summo opere commendat.

Ad quintum & sextum ex ratione petitur, concedo totam malitiam huius simulationis reduci ad mendacium perniciosum; nego tamen excusari posse ex intentione proferentis, sicut in aliis materiis distinctis à religione excusatur, Et ratio est, quia simulatio in aliis materiis ex se indifferens est, ut verum, vel falsum significet. Quapropter ex intentione proferentis coarctari potest, & determinari, ut veritatem, quam ipse mente retinet, significet, quod hoc exemplo declaro. Interfecisti Petrum in agro: rogaris an illum interfeceris, negas, subintelligendo, in platea; negatio enim indifferens est, ut supponat pro interfectione facta in agro, & pro interfectione facta in platea: & tu negas solum interfectionem factam in platea, licet audiens decipiatur, existimans nullibi interfectionem esse factam, quam deceptionem non teneris semper vitare: ac simulatio falsæ religionis semper ex se falsum significat; quia neque falsa religio vera esse potest, nec simulatio extrahi potest, à sua significatione, siquidem ad id assumitur. Confirmatio habet specialem difficultatem, qua ratione liceat vti vestibus, & actionibus falsam religionem representantibus, & simul habentibus alium finem de quibus in seqq.

PUNCTVM XVII.

Possis ne vti vestibus, & signis propriis infidelium, vel hæreticorum, ut fidem occultes, cum non vigeat præceptum fidei continentia.

- 1 Distinguantur hæ vestes, & signa.
- 2 Proponitur prima sententia negans licitum esse his signis vti.
- 3 Probabilior est sententia opposita.
- 4 Satisfit oppositis argum. n. 2. adductis.
- 5 Aliqua inferuntur ex superiori doctrina.
- 6 Ex gravi causa aliquibus videtur licitum fideli vti vestibus, & signis infidelium ad falsam religionis professionem.
- 7 Contrarium omnino est tenendum.
- 8 Signo instituto in honore falsæ religionis, nequaquam est probabile illo fidelem vti posse.
- 9 Cibus vti transiens per infideles vti poteris si abique gravi iactura eos non potes respicere, secus contra.
- 10 Opponuntur aliquæ limitationes.
- 11 Licitum tibi est templa hæreticorum ingredi ob cuiusdam obsequij civilis exercitium, secus in signum falsi cultus.
- 12 Per se loquendo licitum est concionibus hæreticorum assistere, si causa urgeat, qualis non est sola curiositas.
- 13 Vti princeps generaliter imperat omnes assistere in cultum falsæ sectæ, ut in Anglia, nequaquam licitum est.
- 14 Non licet Eucharistiam de manu hæretici sumere, neque matrimonium coram illo ex præscripto regis celebrare.
- 15 Cœnæ nuptialibus licet assistere, & contrahentes bene precari.

Loquimur de vestibus, & signis, quæ vel ex usu, & consuetudine, vel ex lege distinguunt homines vnius sectæ ab aliis (nam de vestibus, & signis, quæ non religionem distinguunt, sed nationem, nemini esse potest dubium non esse peccatum contra fidem illis vti.) hæc ergo signa distinguunt homines vnius sectæ ab aliis, sunt in duplici differentia: alia primò, & per se ad hæc distinctionem faciendam instituta sunt, qualiter reputatur Romæ pileus flavi coloris pro Iudeis, fascia, seu tobalar pro Tartaris, & Saracenis, imò, ut aliis placet, vestis habens depictam lunam, vel Mahometem. Alia sunt, quæ primò & per se ad profitentiam falsam religionem assumuntur, qualia sunt, vestes, quas Sacerdotes idololorum assumunt ad sacrificium, vel si Princeps ad profitentiam falsam sectam, & cultum exhibendum falsis diis signum aliquod gestare præcipiet.

Prima sententia negat licere aliquo ex his signis vti ad occultandam fidem, sic Cæcilius 2. 1. *quest. 3. art. 2. dub. 1. fine.* Nauar. *cap. 11. n. 27. vers. 4.* Tolet. *lib. 4. sum. c. 2. n. 7.* Syluest. *verb. apostasia, quest. 1. verb. fides, q. 5. n. 8.* & *verb. infidelitas, fin.* & ibi Angel. Tabien. Atmill. & Cæcilius. *summ. verbo habitus.* Philic. *de offic. Sacerdot. tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 9.* D. Antonin. 2. p. 11. *cap. 6.* Mouenur, quia gestans vestem institutam ad discernendum infidelem à Catholico, illius gestatione proficitur se infidelem esse; sed professio infidelitatis quæcumque sit, est intrinsicè mala: ergo nulla ratione licet. Secundò illud signum non alia via distinguit infidelem à fideli, nisi quatenus significat illud gestantem infidelem esse; sed qui vult ostendere se infidelem esse, peccat peccato infidelitatis. Ergo etiam qui vult se ostendere distinctum à fideli, peccato infidelitatis peccat. Tertio huiusmodi vestis, & signum, etsi primò institutum non sit ad ostendendam falsam religionem, sed ad distinctionem, & cognitionem personarum illam profitentium, secundariò ad falsam religionem profitentem est institutum ratione supradicta; quia non potest distinguere infidelem à fideli, quin ostendat infidelem esse, sed proficit falsam religionem etiam secundariò est intrinsicè malum. Ergo, Quare, si verbis affirmatis te esse Turcam, vel hæreticum, absque dubio negare fidem iudicaberis, sed id ipsum iis vestibus, & signis affirmas, Ergo, Quintò sequetur, si in vestibus esset depictum idolum Mahometi ad distinguendum Saracenum à fideli, posse Christianum ibi residentem illis vti, ut fidem occultaret; quia figura illa solum ad distinctionem profitentis illam sectam assumitur, non ad specialem honorem, & cultum idolo exhibendum: hoc autem videtur absurdum. Ergo, Quod si dicas eo ipso, quod figura doli gestatur, cedit in ipsius honorem, quem teneris, quasi superstitiosum cultum vitare. Contra, quia solum cedit in honorem ipsius, quatenus significat illud gestantem esse illius veneratorem, & cultorem: sed id ipsum significat quodlibet aliud signum distinguens infidelem à fideli; significat etiam illud gestantem esse illius sectæ veneratorem, Ergo, Tandem, quia si à professione falsæ sectæ, & negatione fidei, sperari potest vti talis vestis, pro libito, & absque necessitate, illis vti poterit; quia solum ex hac significatione habent malitiam.

4 Nihilò